



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XLVI. Presbyter ordinatus non baptizatus, debet baptizari, & iterum ordinari; & omnes ab eo baptizati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

**ANNO CHRISTI** 1179. **testibus**, qui viderant eam annulos deferentem, mulierem propriam probauit esse vxorem. Sed mulier, de more illarum quæ panes \* mulierum vendunt, se annulos detulisse. Vnde quoniam in huiusmodi dubietate fama vicinæ magis debet attendi, tua solitudinis erit famam inquirere, vtrum prædictus vir in lecto eam & in mensa sicut suam vxorem, aut concubinam habuerit: & si fama loci habet, Matrimonii diffinitio. quod vir ipsam sicut uxorem tenuerit, cum matrimonium sit coniunctio maris & feminæ, indiuiduam vitæ consuetudinem renitens: cogenda est mulier, vt eidem viro affectu seruat coniugali, præsertim si præscriptum instrumentum ab eo \* cognitum fuerit, qui suum officium fideliter adimpleuerit.

\* leg. retinens:

C A P. XLIII. *Idem \* Exonensi episcopo.*

Præterea hi qui iurant de matrimonio contrahendo: vsque, Si autem promiserunt, coniungant. Si autem sibi in uicem id remittere voluerint, ne forte deterius inde contingat, vt tales sibi ducat, quam semper odio habeat, videtur quod ad instar eorum qui societatem iuramento, vel fidei interpositione contrahunt, & postea eamdem sibi remittunt, hoc possit in patientia tolerari.

Pars illius  
cap. Super  
eo quod a  
nobis.

C A P. XLIV. *Ex Concilio Moguntino B. lib. 5.*

In baptismo, vel chrismate non potest alium suscipere in filium, qui non est baptizatus vel confirmatus.

C A P. XLV.

*Item ex Concilio apud Compendium.*

Si quis presbyter ordinatus reprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: & omnes quos ipse baptizauit.

C A P. XLVI.

*Item ex Concilio habitu apud Vvormatiam, cap. 4.*

Mulieres vero cum separatae fuerint pro hac vel alia licita causa a propriis viris, totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptiali receperunt, & post expletum annum, accipient aliud virum, si voluerint: similiter & vir uxorem.

B b b b b iii